Sanctificationibus tuis omnipotens
deus et vicia nostra curentur:
et remedia nobis eterna proveniant.
Ab omnibus nos sup. ppl. p
quesumus domine peccatis propicius absolve
ut percepta venia peccatorum liberius tibi
mentibus serviamus. Per. Dominica ii. xxxv. Remi
niscere misereri.
Deus qui conspicis omni nos
virtute destitui interius exteriusque
custodi: ut et ab omnibus adver
sitatibus muniamur in corpore: et a pra
vis cogitationibus mundemur in mente.
Per. Lectio ad thessalon.
Fratres: Rogamus vos et obse
cramus in domino ihesu: ut quem ad
modum accepistis a nobis quomodo
vos oporteat ambulare et placere
deo. sic et ambuletis ut habun
detis magis. Scitis enim que pre
cepta dederim vobis per dominum
ihesum. Hec est enim voluntas dei
sanctificatio vestra: ut abstineatis
vos a fornicatione. ut sciat unus
quisque vestrum suum vas possidere in
sanctificatione et honore. Non in
passione desiderii: sicut et gentes
que ignorant deum. Et ne quis sup
gradiatur neque circumveniat in
negocio fratrem suum: quoniam vindex
est in omnibus hiis dominus. sicut predix
imus vobis et testificati sumus.
Non enim vocavit nos deus in immun
diciam: sed in sanctificatione. In christo

ihesu domino nostro. ... nis
Dixit dominus
mulieri chananee
non est bonum sumere pa
nem filio rum et mittere
canibus ad manducandum. V. At
illa dixit etiam
domine nam et catelli
edunt de mi cis que ca dunt
de mensa dominorum suorum. V.
Ait illi ihesus mu
lier magna est fides tua
fiat ti bi si cut petisti.
xv. Secundum ...

In illo tempore: Egressus ihesus de genesareth secessit
in partes tyri et sydonis. Et ecce mu
lier chananea a finibus illis egres
sa: clamavit dicens ei. Miserere
mei domine fili david filia mea ma
le a demonio vexatur. Qui non
respondit ei verbum. Et accedentes

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Rueter FF 0011, Recto – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-js0u/7239/75041)